

Lib. 2. q. 49.

CHR Y. Abraham quidem possidebat opes pauperibus, & qui iuste eas possident, quasi suscipientes a Deo dispensant in diuinis mandatis. qui vero contra Deum acquiescerunt, & in expendendo faciunt illud idem, meretricibus & parasitis dantes, vel humi abscondentes, egenis vero nihil impendentes. Non ergo prohibet ditari: sed opibus famulari, vult vt necesse fatis vramur eis, non custodiamus: nam famuli est custodire: sed domini dispensare, si obseruari eas vellet, no tradidisset eas hominibus, sed ineret in terra iacere. THE O. Porro arte das illud quod diuice quide impossibile dicit saluari, possidente vero diuitias diuici. le, quasi dicat, diues q captus est a diuitiis & famulatur eis, non saluabitur: habens vero illas, scilicet q eis dominatur vix saluabitur causa humane fragilitatis. Conatur enim nos diabolus supplantare, quoad usque possidemus diuitias, & difficile est aufugere decipulas eius, ideoque bonum est paupertas & quasi tentatione carens. CHR Y. Nulla enim est diuitiarum commoditas anima patiente penuria, nec lesio paupertatis, anima diuitiis affluente. Si autem ditescens indicium est nullius egere, & pauperescens indigere, palum est quod magis esse pauperem facit magis ditescere. Facilius est enim quod quis in paupertate quam in diuitiis opes contemnat, neque enim talis est ambitus vt per magis habere sedetur. Sed per hoc consuevit magis accendi, sicut ignis quando maiorem suscipit escam, quae autem mala videntur esse inopia comunia sunt, quae vero diuitiarum propria sunt earum. AV G. de Quae. euan. Diuitem ergo hic appellat cupidum rerum temporalium, & de talibus superbiem, his diuitibus contrarij sunt pauperes spiritu, quorum est regnum celorum. Mylice autem facilius est Christum pati pro dilectoribus scilicet, quam dilectores seculi ad Christum posse conuertri. Cameli enim nomine se intelligi voluit, quia sponte humiliatus infirmitatis nostrae onera sustulit, per actum autem punctiois significat, per punctioes dolores in passione susceptos, foramen autem acus dicit angustiam passionis. CHR Y. Hic autem sermo quasi grauis transebat discipulorum virtutem. vnde sequitur. Et dixerunt qui haec audiebant: Er quis potest saluus fieri? Hoc dixerunt discipulo sine dese, sed de toto mundo timentes. AV G. de Quae. euan. Cum autem incomparabiliter maior sit turba pauperum, quae diuitibus perditis potest saluari, intellexerunt omnes qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant in diuitum numero deputari. Sequitur: Ait illis, quae impossibilia sunt apud hoies, possibilia sunt apud Deum. Quod non ita intelligendum est, quasi diues cum cupiditate & superbia in regnum Dei sit intraturus, sed possibile est Deo vt a cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem conuertatur. THE O. Apud homines ergo quorum serpit intentio ad terrena, impossibilis est salus vt dictum est, apud Deum vero possibilis est. Cum enim homo consiliarium habet Deum, & iustificaciones & doctrinas paupertatis imbibere, necnon eius auxilium inuocet, hoc fiet possibile. CIR Y L. Congrua autem diues cum multa contemplerit, recompensationem expectabit, qui vero parua possidens ea abdicauit, quid ei sperandum esset, quareere decebat. vnde sequitur: Ait autem Petrus, ecce dimisimus omnia. Matheus addit, quid ergo erit nobis? BED A. q. d. Fecimus quod iussisti, quid igitur dabis nobis premij? Er quia non sufficit dimittere omnia, iungit quod perfectum est dicens: Et secuti sumus te. CIR Y L. Illud autem necesse est dicere, q paucis abrenunciantes quantum spectat ad propositum & obedientiam, vnde de opulentis penduntur, paribus vtentes affectibus, pari lance cu opulentis abiectionem vltro inferunt, vnde sequitur: Amen dico vobis. Nemo est qui reliquerit domum aut parentes, aut fratres, aut vxores, aut filios, aut agros propter regnum Dei & non recipiat multo plura in hoc tempore & in saeculo futuro vitam aeternam. Eleuat ad acceptissimam spem omnes audientes, iurando promittens, dum apponit sermone amen. Doctrina enim diuina mundum vocante ad fidem Christi, forsitan aliqui respicientes parentes infideles, noluerunt eos turbare veniendo ad fidem, & similis est ratio aliorum germanorum. Aderunt autem quidam patrem & matrem, & totius parentela amorem despiciunt propter amorem Christi. BED A. Senlus igitur iste est, qui propter regnum Dei

Lib. 2. q. 47.

Lib. 2. q. 47.

inquirendum omnes affectus contempserit, omnes seculi diuitias delicias risulque calcauerit, multo plura in praesenti recipiet. cuius sententiae occasio, quidam iudicam mille annorum fibula post resurrectionem iustorum adificat, qn omnia quae propter Deum dimittimus, multiplice nobis sint fenore reddenda, & in saecula futura vitam aeternam. f. Assumpsit autem Iesus duodecim & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur & cospuetur. & postquam flagellauerint occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur.

ra in hoc tempore, & in saeculo futuro vitam aeternam. f. Assumpsit autem Iesus duodecim & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur & cospuetur. & postquam flagellauerint occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur. ra sibi aliquis vendicabit, qm & Apostoli cum pauca dimiserint, obtinuerunt multiplicia dona charismatum, & celebres reputati sunt vbique. Erimus ergo similes illis, si donum quae dimittat, recipiet mansiones supernas sicut patrem, patrem habebit caelestem. Si a germanis recesserit, in fratrem hunc recipiat Christum. Cum dimiserit coniugem, inueniet diuinam sapientiam a qua procreabit spirituales fructus, inueniet Hierusalem caelestem, quae est mater mra. A fratibus et a fororibus sui propositi glorio spirituali colligatis, multo in hac vita gratiosorem recipiet charitatem. f. THE O. Prauidens saluator ex passione sua discipulorum animos turbandos, eis longe ante & passionis suae panam, & resurctionis suae gloriam praedicit. vnde dicitur: Assumpsit autem Iesus duodecim & ait illis. Ecce ascen. Hiero. & consum. omnia quae scrip. sunt per proph. de filio hominis. BED A. Prauidens enim quosdam hereticos futuros, qui Christum dicerent legi prophetisque docuisse contraria, ostendit q per prophetarum praesagia suae passionis & posterius gloriae sic celebrata pfectio. CHR Y. Scorum aure de passione cum discipulis confert. Non enim oportebat hunc sermonem pluribus divulgari, ne turbaretur. Ob hoc autem praedicebat discipulis, vt exercitati per expectationem facilius sustinerent. CIR Y L. Et vt sciatur, quoniam passionem praenouit, & spontaneus ad eam accessit ne dicerent, qualiter in manus hostium incidit, qui nos promittebat saluare? vnde seriatim ordinem passionis enarrat subdens: Tradetur enim gentibus, & illudetur & flagellabitur & cospuetur. CHR Y. Hoc istas praedixerat dicens: Obtuli scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meam non diuerti a sputorum dede core. Sed & crucis patibulum praedixit propheta cum ait. Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis repletus est, vnde & hic subditur: Et postquam flagellauerint occident eum. Sed & resurrectionem eius Dauid praedixit dicens. Non derelinques animam meam in inferno. vnde hic subditur: Et tertia die resurget. ISID O. Admiror autem dementiam quarentium cur Christus ante triduum resurrexit. si enim resurgeret tardius quam praedixerat, impotentiae esset, celerius vero est summa virtutis in dicitum. Si quem enim cum sponderit suo creditor post triduum persolvere debuit, eadem die satisfactorem viderimus, non fallacem, sed potius vt veridicum eum mirabimur. Dicam etiam quod non dixit se post tres dies resurrecturum, sed die tertia. Habes parasceuen, habes sabbatum vsque ad Solis occasum, & post sabbatum resurrexit. CIR Y L. Discipuli autem nondum nouerant exquisire, quod propheta praedixerat, sed postquam resurrexit, aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. vnde sequitur: Et ipsi nihil horum intellexerunt. BED A. Quia enim discipuli eius vitam maxime desiderabant eius, mortem audire non poterant. Et quoniam non solum hominem innocenter, sed & Deum verum sciebant, hunc nullatenus morti posse putabant. Et quia parabolas eum saepe loquentem audire consueverant, quoties aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegorice referendum esse credebant. vnde sequitur: Erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quae dicebantur. Iudei vero quia in eius necem conspirauerant, quod de passione sua loqueretur dicens in Ioanne, Oportet exaltari filium hominis, intelligebant. vnde dixerunt: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis?

GREG.

Lib. 2. q. 48.

GREGO. in Hom. Quia carnales adhuc discipuli non valebat capere verba myste, venit ad miraculum, ante eorum oculos caecus lumen recipit, vt eos ad fidem caelestia facta solidarent, vnde dicitur, Fa. est autem cum appro. hic. ca. qui. fe. vi. men. dicans. THE O. Et ne in caecis domini esset inutilis: in via fecit caeci miraculum, hoc documentum discipulis suis dans, vt in omnibus finis profecti, & nihil sit in nobis otiosum. AV G. de Quae. euan. Post sem. de appropinquatibus hiericho sic intelligere, vt iam inde egressi, prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem: quod quidem minus vltate dicitur. Sed tamen videri post hoc dictum, quoniam Matheus, egressis autem eis ab hiericho dicit illum ramos duos caecos, qui iuxta viam sedebant: De numero quidem nulla esset questio si alter euangelistarum de vno tacuisset, vnius re minimeca, nam & Marcus unum commemorat: cum & egressis autem eis ab hiericho dicit illum unum, cuius & nomen dicit & patrem, vt intelligamus eum fuisse postissimum, alterum ignotum, vt merito ille notus etiam solus decenter commemoraretur. Sed quoniam quae sequuntur in euangelio secundum Lucam, apertissime ostendunt illud quod ipse narrat, adhuc venientibus ipsis hiericho factum esse, nihil aliud rellat intelligere, nisi bis esse factum hoc miraculum, semel in vno caeco, cum adhuc veniret in illam ciuitatem, iterum in duobus, cum inde egredereetur. vt illud vnu Lucas, alterum Matheus enarrat. CHR Y. Multus autem erat populus circa Christum, & caecus eum quidem non nouerat: sentiebat autem esse eum, & rapiebat per affectum, quod non haucit aspectu, vnde subditur: Et cum au. tur. pe. inter quid hoc esset. Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur. vnde sequitur: Dixe. autem ei. quod Ie. naz. transfret. Caecus vero vt clamabat, alia dicitur: & alia praedicit. Nam sequitur: Et cla. di. Ie. si. da. mi. mei. Quis te docuit haec o homo? non perlegisti verbos priuatus lumbus? Vnde igitur nostri luminare mundi? vere dominus illuminat caecos. CIR Y L. In iudaeismo autem nutritus non ignorauit qd de prognie Dauid fecit em carnem nasceretur, & ideo ei vt Deo loqueretur dicens: Miserere mei: hunc imitauit qui in duo diuidit Christum hic enim Chim tanquam Deum audit & filium Dauid eum nominat. Mirentur autem instantiam confessionis eius. Quidam enim eum contentem fidem compecebant. Sequitur: Et qui prius increpauit eum vt tace. Sed per inhibitiones huiusmodi non impeditur eius audacia. Nouit enim fides omnibus repugnare, & omnia triumphare. vile enim est pro cultu diuino pudorem deponere, nam si causa pecuniae sunt impudentes non nulli, pro anima salute non decet bonam induere impudentiam, vnde sequitur: Ipse vero multo ma. cla. fi. Da. mi. mei. Sedit autem Christum vox innocantis in fide, & inuocantes in fide respicit, & ideo merito vocat caecum & accedere iussit, vnde sequitur: Stas autem Iesus iussit illum adduci ad se, vt scilicet qui prius fide eu tetigerat, appropinquaret & corpore. Appropinquantem caecum dominus interrogat. Nam sequitur: Et cum appropinquaret in te. il. di. Quid tibi vis faciam? Dispensatiue interrogat, non quasi ignorans, sed vt sciret allantes quod non petebat pecuniam, sed diuinam efficaciam, vt a Deo. vnde sequitur: At il. di. Do. vt. vide. CHR Y. Vel quia calumniosiores veritates Iudaei possent dicere: vt in caeco nato, non est hic, sed similis eius, voluit vt caecus prius ostenderet defectum naturae, & tunc cognoscat gratiae maiestatem: at vbi petitionis modum caecus explicuit, tunc cum summa maiestate praecipit ei vt videret. vnde sequitur: Et dixit il. Ie. Respice: quod redundabat in crimen perfidiae Iudaeorum: quis enim Prophetarum talia dixit? Aspice tamen quid assumat medicus ab eo cui collata est sanitas. Sequitur enim: Fides tua te saluum fecit. Pro fide enim venduntur beneficia, diffunditur enim gratia quam suscepit fides. Et sicut ab aliquo fonte hi quidem paruis vasis modicum aquae hauriunt, hi vero maioribus multum, fonte non distin guente mensuras, & secundum fenestras quae aperiuntur magis vel minus splendor solis infunditur, ita secundum capacitatem intentionis haurit gratia: vertitur autem vox Christi in lucem lan guentis, erat enim verbum verum lucis, vnde sequitur: Et cessim vidit, & ait caecus & ante beneficium fidem ostendit feruidam, & post beneficium beniuolentiam obtinuerat. Sequitur: Et seque. magnifi. Deum. CIR Y L. Ex quo patet: quod a duplici cecita-

te liberatur, corporali, scilicet & intellectu. neque enim glorificasset vt Deum nisi vere vidisset, sed & aliis factus est occasio glorificandi Deum. Sequitur: Et omnis plebs vt vi. de lau. Deo. BED A. Non solum pro impetrato munere lucis, sed & merito fidei impetrantis. CHR Y. Hic autem necesse est quaerere, cur dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit ei: Respice. Fides tua te saluum fecit, & confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus pambulabat hiericho. Et ecce vir noster Zachaeus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues.

centem habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitate potius quam misericordia pati. A M B. In hoc autem caeco typos populi getilis est, qui sacramento dnico recepit amilli luminis claritatem. Nihil autem interest, vtrum in vno caeco medicinam, an in duobus accipiat: qm ex Cham & Iaphet Noe filius originem ducens in duobus caecis, duos generis sui praetendebat auctores. GREGO. in Hom. Vel caecum est genus humanum, qd in parente primo claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur. Hierico autem interpretatur Luna, quae di mensuruis momentis decrescit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquit Hierico, caecus ad lumen redit, quia dum diuinitas defectum nostrae carnis suscipit, humanum genus lumen quod amiserat recepit. Qui ergo aeternae lucis claritatem nescit caecus est. Si autem tm redemptorem credidit qui dixit: Ego sum via, iuxta viam sedet. Si vero creditit & exorat vt aeternum lumen recipiat, iuxta viam sedet & mendicat. Illi autem qui Iesum venientem praecedunt, designant carnalium desideriorum turbas, tumuluantque vitiouum, qui priusquam Iesus ad cor nostrum perueniat, dissipant cogitationem nostram, & in ipsa nos nostra oratione conrurbant. Ipse vero magis clamabat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum praemittitur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Cum autem adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus, Deus in corde figurat, & lux amissa reparatur, vt transfere humanitatis est, stare diuinitatis. Caecum igitur clamantem dominus transfrens audiuit, stans illuminat, quia per humanitatem suam vocibus nostrae caritatis compatiendo miserus est, sed lumen nobis gratiae per diuinitatis potentiam infudit. Ad hoc autem requirit quid velit, vt cor ad orationem excitet, peti enim hoc vult, qd & nos petere, & se concedere praenoscit. A M B. Vel interroga uit caecum, vt crederemus nisi consistentem non posse saluari. GREGO. in Hom. Caecus autem a domino non aurum, sed lucem quaerit. Et nos non falsas diuitias, sed lucem quaeramus, quam videret cum solis angelis possimus, ad quam lucem via fides est. vnde re ete caeco dicitur: Respice, fides tua te saluum fecit. Qui videt & sequitur, quia bonu quod intelligit operatur. AV G. de Quae. euang. Si autem Hiericho Lunam & ob hoc mortalitatem interpretatur, morti propinquans dominus Iudaeis solis, lumen euan gelij iusserat praedici, quos significauit ille vnus caecus, quem Lucas commemorat, a morte autem resurgens atque descendens, & caeci commemorati a Matthaeo.

CAP. XIX.

M B R O. Zachaeus in Sicomoro, caecus in via, quoru alterum dominus miseratus expectat, alteru suae man sionis claritate nobilitat. de quo dicitur: Et ingressus Iesus perambulabat hiericho. & ecce vir noster Zachaeus, & hic erat princeps publica, & ipse diues. Er bene princeps inducitur publicanorum. Quis enim de se desperet, qn ille peruenit ad gratiam, cui census ex fraude? & ipse quidem diues, vt scias omnes diuites auaros. CIR Y. Sed Zachaeus in his moram non traxit, sed factus est dignus propitiatione Dei, qui caecos illuminat, & longinquos vocat. T Y T V S. Pullulauerat aut in eo semel salutis, qa cupiebat Iesum videre. vñ sequit: Er quarebar videre Iesum? qd est. Vt pro q nuu eu viderat, qa si vidisset, dudum Caten. aur. S. Tho. Bb 2 iam

Lib. 2. q. 48.